



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XIX. Ad eucharistiam & probitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

pensemus, eas denique aliis imponamus leges, quibus ipsi parere non grauaremur. Hoc etenim sincerum est iudicium, Deoque gratum & acceptum, vereque beatus est quisquis ex formula iudicarit. Rerum siquidem omnium auctor præpotens Deus nos omnes creauit, atque ingenti redemit precio, propria scilicet quam pro nobis efflauit anima.

XIX.

Regii manus-
cripti
capitulum
idem.

Christiana fide imbutus quisque quæ sibi ad salutem conducunt efficit omnia, in Christianam fidem ac religionem omni cogitatione curaque incumbito: ac qui ea quæ sunt sibi ad salutem necessaria animo ac mente (vt quidem omnes velle debebunt) concipere voluerit, ter saltem quotannis ad eucharistiæ perceptionem animum præparato. Dicta factaque sua omnia (qui se gratiosum fore confidit) rite dispensato, atque ordine disponito, iurandum datamque fidem religiosissime seruato, iniustitiam pro sua quisque virili parte ditio- nis nostræ finibus omnem arceto, iustitiam denique diuinam dehinc dictis factisque studiosè persequitor, atque ita tandem aliquando diuinam omnes cumulate consequemur miserationem.

XX.

Regii ma-
nuscripti
capitulum
26.

Præterea autem ipsi exequamur quod aliis imperamus: semper quidem in Dominum nostrum animo firmi- mus atque fidei, honorem eius omnibus neruis ac facultatibus nostris tueamur, eiusque pareamus voluntati. Quidquid enim erga Dominum (ea ducti fidelitate quæ est cum virtute & officio coniuncta) fecerimus, magno id nobis erit emolumento; namque in hoc ipso Deus sum- mus omnium rector & Dominus egregie nobis fidelis erit: maxime igitur interest, famulos Domini ratione vt re- gant & gubernent.

XXI.

Regii ma-
nuscripti
capitulum
27.

Christiana fide imbutos omnes admonemus grauer, vt ex animo Deum amore & perpetuo quodam iudicio diligant, Christianam fidem religiosissime conseruent, diuinis doctoribus haud grauate pareant, Dei leges & do- ctrinam diligentissime perscrutentur, atque ad suam ipsorum vtilitatem sæpe ac multum exquirant.